LIBRI CRONICORUM

CUM FIGURIS ET IMAGINIBUS AB INITIO MUNDI,

AUCTORE,

HARTMANNIUS SCHEDEL, NUREMBERGENSIS;

DOCTOR PATAVINUS.

Impresum Nuremberge anno Christi millesimo quadragentesimo nonagesimo tercio.

SEPTIMA ETAS MUNDI.

Mundum Deus (ut premissum est in principio operis) et hoc rerum naturæ mirabile opus sicut et in archanis sacræ scripturæ continetur, sex dierum spacio consummavit. Denique septimum quo ab operibus requievit sanxit. Hic est autem dies sabathi, qui in lingua hebrea a numero nomen accepit. Unde septenarius numerus legitimus ac plenus est. Nam et dies septem sunt et septem stellæ quæ non occidunt. Et septem sidera, quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus et inequales motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur. Descriptis itaque sex etatibus. Cum septima etas quiescentium judicatur. Ab ascensione domini aperta janua quietis, initium habuisse ferunt usque in presens cum sexta decurrit, et usque in finem mundi cum illa protendetur. Cum nunc de ultimo fine mundi peragetur, de septima mentio fiet, quæ nec finem habebit. Cum requies animarum interminabilis sit. Sed ab octava resurgentium etate suscipietur. Ideo liber Geneseos septimum diem vesperam non habere edocet. De adventu igitur antichristi et morte, fine rerum, ac de extremo judicio, in ultima etate mundi disserere placuit. Quomodo autem consummatio futura sit, et qualis exitus humanis rebus impendeat, si quis divinas litteras fuerit scrutatus inveniet, sed et secularium prophetarum congruentes cum celestibus voces, finem rerum et occasum enuntiant, describentes, quasi fatigati, et de labentis mundi ultimam senectutem.

DE ANTICHRISTO (FOL. 263).

Imminente jam temporum conclusione. Duo sane certissima, necdum instantis judicii indicia habemus fidem israheliticæ gentis. Et regnum persecutionemque antichristi, quam persecutionem trium semis annorum futuram fides ecclesiæ tenet. Sed ne hæc improvisa veniens omnes passim quos imparatos invenerit involvat. Enoch et Heliam maximos prophetas et doctores, ante hujus exortum venturos in mundum ajunt. Qui israheliticam plebem ad fidei convertant gratiam, atque ad pressuram tanti turbinis partem electorum insuperabilem reddant. Qui cum ipsi primo tres semis annorum predicaverint. Et sicut de uno eorum Helia propheta Malachias predixit, converterint corda patrum in filios, id est antiquorum fidem, dilectionemque sanctorum meorum. Qui tunc victuri sunt mente plantaverint. Tunc excandesens illa horrenda persecutio, ipsos in primis martirii virtute coronet. Deinde ceteros fideles corripiens vel martires christi gloriossisimos vel damnatos apostatas faciet. Antichristus autem ex siria vel ut alii habent ex babilone de tribu dan malo spiritu genitus, eversor ac proditor generis humani. Qui reliquias illius prioris mali cum ipso simul deleat. Ille teterrimus erit et mendaciorum propheta, et seipsum constituet et vocabit, deum se coli videbit, ut dei filium. Et dabitur ei potestas, ut faciat signa atque prodigia. Quibus visis irrheciat homines, ut adorent eum, per magicas artes á pessimis imbutus magistris, adjungens se diabolus, totam suæ virtutis potentiam per quam magicam ceteris omnibus mayora patraret, individuus comes attulit. Jubebit ignem descendere de celo, et solem a suis cursibus stare, et imaginem loqui. Et fient hæc sub verbo ejus. Quibus miraculis etiam sapientium plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere dei templum conabitur, et justum populum persequetur. Et erit pressura, et contritio qualis nunquam fuit á principio mundi. Quicumque crederint atque accesserint ei, signabuntur ab eo tamquam pecudes. Qui autem recusaverint notam ejus, aut in montes fugient, aut comprehensi exquisitis cruciatibus necabuntur, idem justos homines obvolvet libris prophetarum, atque ita cremabit. Et dabitur ei desolare orbem terræ mensibus. 42. Id erit tempus, quo justicia projicietur et innocentia odio erit. Quo mali bonos hostiliter preliabuntur. Non lex

aut ordo aut militiæ disciplina servabitur. Non canos quiscumque reverebitur, non officium pietatis agnoscet. Non sexus aut infantiæ miserebitur. Confundentur omnia, et miscebuntur contra fas, contra jura naturæ. Ita quasi uno comunique latrocinio terra universa vastabitur. Cum hæc ita erunt tunc justi et sectatores veritatis segregabunt se a malis, et fugient in solitudines. Cumque venerit hyerosolimam antichristus se circuncidet, judeis se christum fore ostendens, qui adherentes templum instaurabunt, deceptis munera copiosa donabit, quosdam avaricia subjugabit. Mittet quoque per orbem legatos Heliam et Enoch, qui per hæc tempora in paradiso vixerunt eo tempore, (ut premissum est), mortis debitum exolvent. Demun juxta visionem danielis antichristus ad verticem montis oliveti divertet. Ibi peribit unde salvator ad celos adscendit. Percusso autem illo perditionis filio, sive ab ipso Domino, sive á Michaele archangelo, (ut quidam docent), et eterna ultione damnato. Non continuo dies judicii secuturus esse credendus est. Alioquin scire possent homines illius evi judicii tempus, si post tres semis annos inchoatæ persecutionis antichristi confestim sequeretur. Post quantum vero tempus consummatæ devastationis venturus sit, nemine prorsus scire conceditur. Cujus quidem adventus horam merito sancti omnes diligunt, et citius adesse desiderant. Sed periculose satis agunt, si qui hanc prope, an longe sit putare, vel predicare presumunt. Cum divina sententia dicat, de die ultima vel hora nemo scit neque angeli cælorum, nisi pater solus.

LIBRO DE CRÓNICAS

CON FIGURAS É IMÁGENES; DESDE EL PRINCIPIO DEL MUNDO.

SU AUTOR,

HARTMANNIUS SCHEDEL, DE NUREMBERGA;

DOCTOR DE LA UNIVERSIDAD DE PADUA.

IMPRESO, EN NUREMBERGA, AÑO DEL SEÑOR, 1493.

SÉPTIMA EDAD DEL MUNDO.

Dios completó la obra de la creacion del mundo y de todas esas maravillas de la naturaleza (como está dicho desde el principio de esta obra), en el espacio de seis dias, segun se refiere en la sagrada Escritura. Despues santificó el dia séptimo en que descansó de sus obras. Este es el dia del sábado, que en la lengua hebrea ha tomado su nombre del número. De ahí, que el número séptimo sea cabal y completo. Pues siete son los dias y siete las estrellas que no tienen ocaso, y siete las que llamamos errantes, cuya disparidad de carreras y desigualdad de movimientos, forman la variedad de las cosas y de los tiempos. Descritas están las seis edades: la séptima, que se cree ser de los quiescentes, dicen que ha tenido su principio desde la ascension del Señor, en que quedó abierta la puerta del descanso. Al presente va trascurriendo con la sexta, y con ella irá siguiendo hasta el fin del mundo. Al tratar ahora del último fin del mundo nos ocuparemos de la séptima, que no tendrá fin, por ser sin fin el descanso de las almas. Y esta irá seguida de la octava edad, la de los resurgentes. Por esto el libro del Génesis nos manifiesta, que el dia séptimo no tiene anochecer. Vamos, pues, á tratar de la venida del Anticristo, muerte y fin de las cosas, y del extremo juicio en la última edad del mundo. Como, empero, se haya de verificar la consumacion, y cual sea el término de las cosas humanas, solo lo descubrirá el que se digne escudriñar las divinas letras, tambien enuncian el fin y ocaso de las cosas los escritores profanos, que concuerdan con los sagrados, describiendo como fatigados, la decrepitud del mundo que se les escapa.

DEL ANTICRISTO.

Al acercarse el fin de los tiempos, dos cosas hay muy ciertas: que no es indicio de la inmediacion del juicio, la conversion á la fe del pueblo judaico, ni el reino, ni la persecucion del Anticristo, que ha de ser de tres años y medio, segun enseña la fe de la Iglesia. Pero, para que esta persecucion no envuelva á todos cuantos podria encontrar desprevenidos, por venirnos de improviso, dícese, que ántes de ella, vendrán al mundo Enoch y Elías, profetas y doctores los más distinguidos, los cuales, convertirán á la fe al pueblo de Israel y hagan invencible á una parte de los escogidos, entre tantos desastres y perturbacion. Los cuales, habiendo predicado por el espacio de tres años y medio, y como de uno de ellos, el profeta Elías; nos previno el otro profeta, Malaquías; hayan reunido los corazones de los padres con los de los hijos, esto es, hayan implantado la fe de los antiguos y la caridad de mis santos en el corazon de los que entónces vivirán, entónces aquella abrasadora y horrenda persecucion los coronará, principalmente á ellos, con la gloria del martirio; despues, arrebatando á los demás fieles, ó los hará mártires de Jesucristo con mucha gloria, ó réprobos apóstatas. El Anticristo será de la Siria, ó segun otros, de Babilonia, de la tribu de Dan, engendrado del mal espíritu, destructor y pervertidor del linage humano, quien hará que queden borradas consigo mismo, las reliquias de aquel mal primero. Él será lo más perverso, y profeta urdidor de mentiras, él se constituirá á sí mismo y se dará nombre, verá dársele culto divino, como á hijo de Dios. Y le será dado poder para obrar prodigios y portentos. En vista de ellos, se atraerá á los hombres, de modo, que lleguen hasta á adorarle, instruido como estará en malas artes por los más perversos maestros; y ayuntándosele el diablo, su compañero inseparable, le prestará toda la fuerza de su poder. Hará bajar fuego del cielo, y que el sol se detenga en su carrera, y que hable una estátua. Y esto se verificará al imperio de su palabra. Por cuya mágia, hasta muchos sábios se verán arrastrados por él. Entónces emprenderá arrasar el templo de Dios, y perseguir al pueblo fiel. Y habrá tal quebrantó y tribulacion, cual nunca se haya visto desde el principio del mundo. Todos los que en él creyeren y le sigan, los marcará como á ganados, y los que rehusaren su insignia, ó tendrán que ahuyentarse á los montes, ó, cogidos por él, perecerán en los mas exquisitos tormentos. Asimismo, á hombres justos los envolverá entre libros de los profetas, y entre ellos los quemará. Y le será dado desolar al orbe entero por espacio de cuarenta y dos meses. Durante este tiempo, la justicia será conculcada, y la inocencia no se tendrá en estima. Los malos hostilizarán á los buenos. Ni habrá ley, ni órden, ni disciplina militar. Todo andará revuelto y confundido contra lo honesto, y contra los deberes de la naturaleza. ¡Quedará asolada la tierra, como con un solo y comun latrocinio. Al ocurrir estas desdichas, los justos y seguidores de la verdad, tendrán que separarse de los malos y huirse á las soledades. Al ir el Anticristo á Jerusalen, se circuncidará, queriendo persuadir á los judíos de que es el Cristo: los cuales, adhiriéndosele, restaurarán el templo: engañados que los tenga, los gratificará con abundantes donativos, á algunos sojuzgará la avaricia; tambien mandará sus legados por el mundo. Elías y Enoch, que por aquellos tiempos vivian en el paraiso, satisfarán la deuda de la muerte. Por fin, segun la vision de Daniel, el Anticristo se retirará á la cumbre del monte de las Olivas. Allí perecerá, desde donde el Salvador subió á los cielos. Muerto el hijo de perdicion, ó por el mismo Dios, ó por el Arcángel Miguel, como otros opinan, y entregado á una eterna venganza, no hemos de creer que inmediatamente siga el dia del juicio. De otra suerte, los hombres de aquella época podrian saber el tiempo de aquel juicio, si despues de los tres años y medio de principiada la persecucion del Anticristo, inmediatamente siguiera éste. Pues á nadie absolutamente se ha dado saber cuando vendrá este dia, ni aún despues de completada la devastacion general, si bien todos los santos anhelan porque llegue la hora de la venida del Señor, y desean que se anticipe. Pero andan muy desatinados los que presumen calcular ó afirmar si está cercano ó distante. Pues dice la divina palabra: del dia último y última hora nadie sabe nada, ni siquiera los ángeles del cielo, sino solamente el Padre (*).

(*) Recordamos, aquí, á nuestros lectores, las consideraciones de M. Amadeo Nicolás, en sus «Conjeturas;» acerca de la imprudencia, que pueda haber; en calcular, si está cercano, ó no; el fin de los tiempos, y la venida del Señor. Las convicciones, tan autorizadas! de dicho autor; son las nuestras, tambien.

N.